

dixit : *Si hunc librum legissent & intellexissent, scirent & itaq;
 Aquam esse permanentem, quæ absque suo corpore, cum quo
 iuncta est & facta est unum, permanens esse non potest. Vnde
 Morienus optime dixit: Nihil cum hac aqua facias, ipsa non
 existente fermentata. Ut tandem conclusively appareat huius-
 cemo di præparationem, habilitationemq; requiri, antequam
 materia prædictis laboribus exaltata, apta sit ad plusquam-
 perfectionem produci, ac illa verum Philosophorum dicatur
 Subjectum vel Mercurius, primo manifestum est apud Her-
 metem. Item tertio libro Ærarij Philosophorum, capite quar-
 to. In libro deinceps qui inscribitur clangor Buccinæ, folio
 quingentesimo trigesimo tertio. Item Alphidij secundo li-
 bro, capite vicesimo. Item in secunda parte Turb. Phil. folio
 ducentesimo vicesimo secundo, nec minus in Summa Plato-
 nis, secunda pagina, hisce verbis : *Quia in purificatione, ad-
 aptationeque eius non potest esse tempus determinatum, nisi
 secundum quod Artifex bene laboret. Deinde præstantissi-
 morum duorum Philosophorum dicta confirmabunt. Et
 primo venerabil. viri Bernhardi Trevisani ita loquentis:
 Nam Calib & Aros inquit: In toto nostro opere mercurius
 & ignis tibi sufficiant, in medio, & in fine: sed in principio
 non ita se res habet: siquidem non est mercurius noster: quod
 intellectu facillimum, Deinde Gebri hisce verbis: Quia in o-
 pere magisterij nostri nõ egemus nisi unico vase, & una for-
 nace, & unaque dispositione: quod intellige post
 præparationem primi
 Lapidis.**